

Apéndice II

**Mons. Romolo Carboni, Nuncio Apostólico en Italia,  
decreto de ejecución de la Bula Ut sit, 19 de marzo de 1983  
(Archivo General de la prelatura del Opus Dei, Secc. I, Serie I, n. 5371)**

I. MANUALES DEL INSTITUTO MARTÍN DE AZÚLUEGA

Esta Colección de NUNZIATURA APOSTOLICA IN ITALIA

de Licenciatura en Derecho Prot. N. 15431/83

2007 I. RINCÓN-PÉREZ La DECRETUM

De Apostolica sub plumbo Constitutione «Ut sit», qua Opus Dei in Praelaturam personalem erigitur, perficienda.

Summus Pontifex Ioannes Paulus, Divina Providentia PP. II, Apostolicis sub plumbo Litteris, quarum initium «Ut sit», die XXVIII mensis novembris, anno MCMLXXXII, Pontificatus anno quinto, Opus Dei in Praelaturam personales ambitus intensionalis erexit sub nomine Sanctae Crucis et Operis Dei, breviato autem nomine Operis Dei.

Idem Summus Pontifex, auctoritate Sua Apostolica, nobis, Romulo Carboni, Archiepiscopo titulo Sidoniensis et in Italia Nuntio Apostolico, memoratarum Apostolicarum Litterarum munus perficiendi benigne tribuit.

Eisdem itaque nos, prae manibus tenentes Litteras, easdemque Praelato personali Operis Dei Reverendissimo Domino Alvaro del Portillo, officio fungentes, statim offerentes, ipsam Praelaturam personalem, uti statutum est, constitutam declaramus cum omnibus iuribus et privilegiis quae, ad normam iuris communis, Praelaturae gaudent personales, simulque Reverendissimum Dominum Alvarum del Portillo Praelatitia dignitate et gradu insignitum, iuribus et privilegiis ornatum, oneribusque pariter in obligationibus ligatum, ad normam iuris generalis et praedictae Constitutionis Apostolicae, necnon priorum Statutorum, quae –«Codex Iuris Particularis»– nuncupantur, renunciamus.

Mandamus denique ut quae constituta et declarata sunt, ab iis, quorum interest, adamussim serventur.

Datum, Romae, in Basilica Sancti Eugenii, die 19 mensis martii anno Domini MCMLXXXIII.

+ Romulus Carboni  
Archiepiscopus titulo Sidoniensis  
In Italia Nuntius Apostolicus

\* La información completa sobre las publicaciones del Instituto  
está en: <http://www.opusdei.org/>